

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237

[S.l.], 1661

Quid sit castitas relig.

[urn:nbn:de:bsz:31-127475](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127475)

41

coronam Canonum prohibitiones. C.

Quid sit Castitas Relig.

Castitas Religiosorum est, qua non solum corpus a pollutione carnalis concupiscentie custoditur, sed etiam anima ab huiusmodi concupiscentia munda servatur. Unde colligitur, Religiosum peccare mortaliter contra votum Continentie, quoties deliberate seu voluntarie exercet, vel exercere cupit aliquam ex actibus luxurie, qui actus cuilibet Christiano dicto modo sunt mortales. Vel:

Castitas Virginalis et Religiosa est Virtus, qua homo secundum iudicium rationis, et electionem voluntatis refronat concupiscentias venereorum, et ab omnibus voluptatibus carnis tam licitis, quam illicitis perpetui abstinere proponit.

Quare Religiosi Castitate profiteantur.

Idcirco, quia ad statum Religionis requiritur abstractio eorum, per quam homo impeditur, ne omni modo in Dei servitium feratur; usus autem luxurie abstrahit hominem, immo animum hominis retrahit ne totaliter in Dei servitium feratur; quia quod sine uxore est, sollicitus est, quod sunt Dei, quomodo placeat Deo; i. Cor. 7

qui autē cū uxore ē, sollicitus ē q̄ sunt muti, q̄ndo placeat uxori, et dicitur est.

**Utrum oēs Religiosi professi necessario
Castitatem obseruare teneantur!**

Omnes Religiosi solēniter professi ex vi voti solēmnis, et Ecclēie p̄cepto ad Castitatē seruandam tenentur, ut expresse definitur in Cap. lū ad Monium de statu Monachorū: et in Conc. Turonens. c. 16. celebrato sub Pelagio Rom. Pont. et in Conc. Trid. sess. 25. c. 1.

Quidnā cadat sub Voto Castitatis.

Sub Voto Castitatis cadit nō solum abstinētia à vinculo matrimonij, sed et suis actibz, sed etiam ab oī alio actu interno, et externo castitati aduerso, et secundu se prohibito per legē Dei, ut à turpibz cogitationibz, et delectatione morosa, à pollutione, ab actu venereo, à turpi cōtactu, ab impudico aspectu, ac denig, ab omibz ijs, q̄ aliquo modo sunt contra virtutē Castitatis. Quare quicquid in secularibz extra coniugiū est aliquo modo peccatū cōtra Castitatē, est in Religioso etiā sacrilegiū cōtra id Votū, ita tamē ut malitia sacrilegij sit mortalis in ijs actibz, in quibz malitia

libri

libidinis e in secularibz mortaliz, Venialis vero, 427
in quibz illa est Venialis. Ita tenet Lef. lib. 2.
c. 41. d. 9. n. 78. et Suar. tom. j. de relig. l. 3.
c. 3.

An quando Religiosz peccat cōtra votū
Castitatis, duplex peccm cōmittat!

Religiosus cōtra votū Castitatis peccans semper
duplex cōmittit peccatum. Quia primò pec-
cat peccato luxuria cōtra virtutē Castitatis,
quod etiā seculari prohibetur. 2. peccat peccō
sacrilegij, aut infidelitatis in Deū cōtra votū,
scilicet virtutē Religionis: ac promde inter cōfi-
tendū tenetur illā circumstantiam voti patefacere,
et dicere, se vel sacerdotē esse, vel profesum
esse, vel votū Castitatis egisse tali, vel tali mo-
do, huc vel illum libidinis actū exercens. &

Qua, et quōnā sint illa, quibz Casti-
tas conservatur.

Sunt decē, quibz cōservatur Castitas.

Primū est, humilitas, per quā nra fragilitate
cognita ad Deū recurrimz.

2. Est Sobrietas. Unde Bern. periclitatur castit.

Inter delicias.

- 3. Vestium asperitas, per quā mollitiē repellim.
- 4. Carnis mortificatio, per quā carnales motus restringuntur.
- 5. Est Custodia sensuum. Eccl. 9. Auerte faciem tuā a muliere compta, et ne circūspicias mulierē alienā.
- 6. Est Vitatio et declinatio occasionum.
- 7. Est virilis tentationū resistentia, per quā demonū suggestiones repellim.
- 8. Scripturarū sanctarū meditatio, per quā carnales cogitationes, spiritualibz impedim.
Hieron. Ama studia literarū et vitia carnis non amabis.
- 9. Est seruens dei dilectio, per quā in deo delectamur, et sic voluptates carnis tāquā ananifimas despicim.
- 10. Est mortis meditatio, et aeternā poenarū, quae debentur impijs, consideratio, per quā saluti esse cognoscim pro breui voluptate, aeterna sustinere supplicia. Unde Jeron. Facile cotemnit qui se quotidie cogitat moriturum.

oia

Remedia contra luxuria, itemqz castitatis actz, vide supra fol. 42. 43. n. 56. et 57. Itēz

Ra

Regul. pro mortificatione Visus et Tactus, 43 72
fol. 48. n. 63. et 64. q̄ oīa huius mae cōducūt.

Quid sit Obedientia.

Est spontanea et perfecta propria voluntatis
abnegatio propter Deū. Vel:

Est Virtus, quā homo spontaneè intuitu Dei se
totū alteri hoīs iudicio et voluntati subdit.
Vel:

Est Virtus moralis, q̄ promptū facit hominē ad
implendū praeceptū Superioris.

Quotnā requirātur, ut Obediā sit Deo gra-
ta, et meritoria!

Septē requiruntur conditiones Obedientiae, ut
ea Dnō Deo grata sit, et Religioso meritoria.

Prima ē, ut obediatur Velociter et sine mo-
ra, nō procrastinando. ait S. P. R. Benedict. velociter.
nāq̄, in Reg. c. 5. Mox ut aliquid imperatū à ma-
iore fuerit, ac si diuinitus imperaretur, morā pa-
ti nesciant in faciendo. Qui enim vos audit,
me audit. Ac si diceret: Sicut sine mora obe-
diendū est praeceptis Dei, ita etiā praeceptis sui Vi-
carii.
Et ut fiat Viriliter et strenue. unde Bern. Viriliter.

Manū misisti ad fortia: agendū est instanter, et cō-
 stanter obediendū. Et s. p. Bened. Sed haec i pra
 cap. 5. obedientia tūc acceptabilis erit Deo, et dulcis homini-
 bus, si quā iubetur, nō trepidē, idē timide, nō tardē,
 idē pigrē, nō tepidē, idē molle, sed supple
 viriliter, et strenuē fiat.

3^a Ut fiat simpliciter, sine querela, discussio-
 ne et murmuratiōne. Et hūc codit. tangit s.
 Simplici-
 ter.

P. Bened. cū ait; Aut cū murmure, vel cū re-
 sponsione nolentis, vidit cordis vel lingua fiat,
 quod iubetur: sicut dē ad Ephes. 5. Omnia facite si-
 ne murmuratiōibz. Unde Bern. Multos vider-
 mg post praecipiantis imperiū multas facere questi-
 ones, Cur, quare, quātrē, sapius interrogatē;
 crebras ingeminare querelas, quare, quare hic
 praecipit, unde hoc venit, et quis inuenit hoc cōsili-
 um? Inde murmuratio, execratio, simulatio inop-
 sibilitatis, advocatio amicorū; tales sane nō faci-
 unt obedientiā Deo acceptā, nec hoibz gratam.
 Et idem alibi. Quicq̄ vice Dei praecipit homo, quod
 nō sit tamē certū duplicere Deo, haud secḡ ois acci-
 piendū est; quā si praecipiat Deo, quid enim interest,
 utrū per se, an per suos ministros sine hoīz sua
 Angelos, hoibz innotescat suum placitū Deus.

4^a Ut fiat cū humilitate: Unde s. p. N. ait; Ob-

curfus metam deficere. Quare dicit Ap[osto]l[us]: Sic
i. Cor. 9. currete ut cōprehēdat[is].

Quidnam cadat sub voto obediē.

Sub voto obediē cadit omne id, quod proprie
est obiectū obediē; quod est, quicquid Pralato
licitē, et secundū regulam praecepit. D. Thom.
2. 2. q. 186. a. 9. Unde etiā D. Bern. in lib. de
praecepto et disp. Non praecepit mihi Pralato,
quod non promisi.

Itē, nō solū operationes vel omissiones eorū, quae ex-
pressē et directē cōtinētur in regula, verū etiā oīa
illa q̄ tacitē, vel implicite, et indirectē in regula
statutis cōtinētur, et quae rationaliter rēducī seu
ordinari pōt ad regulare vitā. D. Thom. 2. 2. q.
104. a. 5. ad 3. Arist. 2. 2. q. 88. a. 3. Cord. in ex. por.
Reg. D. Franc. q. 2. Gab. Vajq. 1. 2. q. 95. a. 2. d. 154.
c. 4. n. 20. et alij.

*Utrū Religiosus teneatur suo Pralato
obedire in his, quae sunt cōtra Deū?*

In his, q̄ sunt cōtra Deū Religiosus suo Pralato
nō tenetur, nec potest obedire. Quia sct. s. obe-
dire oportet magis Deo, quā hominibus.

Quae dicantur esse cōtra Deum?

Q

45 77
Contra Deū hic dicitur esse, nō solū omne peccatū
mortale, seu veniale, sed etiam omne illud, quod
est, aut inducit de proximo in periculū peccati mortalis:
ut docet S. Thom. Quodlib. 11. a. 3. Ubi ait,
quod potius debet homo præeligere mortē, quā ve-
nialiter peccare, quia oē peccatū est cōtra Deum.

Quinam imperfectē obediunt!

Qui se subdit exteriori, et non interiori.

Qui obmurmurat præcipienti.

Qui Superiorū præcepta discutit.

Qui qualitates Præcipientis respicit.

Qui res exiguas imperatas fastidit.

Qui inter obediendum vult semper esse prudens.

Qui ob mandatū Superioris tristatur.

Qui tardē obedit.

Qui voluntatē Superioris in suā inclinat.

Qui difficultatibꝫ obedientiæ terretur.

Qui ob seminem ab obedientia se eximēdū putat.

Qui præcepta sua cupiditati conforme ex cupit.

Qui imperata nō nisi suo modo perficit.

Qui nō nisi præhabitis accusationibꝫ obtēpat.

Qui sine recurſu ad Prælatum aliqꝫ etiā boni
molitur.

Qui nō, nisi sub mortali peccato precipiatur, obte-
perant.

Qui nō amore, sed timore poenae interdū obediunt.
Qui tales se exhibent, ut Praelati nō audeāt eis aliquid
imponere; sicut equi indomiti, q̄ mordāt et percuti-
unt.

Qui ex quadā praesumptione de sapientia sua cōfi-
dentes, dedignantur ab alijs regi, et ideo minus obediē-
tes sunt.

Qui interdū rem iniunctā alij faciunt, tamē scienter
faciunt malē in fraudem, ne scilicet alius venus
imponatur eis. De quibz ex cōtra quos dicit Jerem.
48. Maledictz qui opus Dñi faciunt fraudulenter.

Quomodo obedientia reddatur suavis,
vide supra. fol. 30. n. 33.

Ad quid Religiosus astringatur per Obediam?

Religiosus per votū obedientiae astringitur, ut nō
suo sensu, nō sua voluntate vivat, nec quo vult va-
dat, nec quod vult faciat, sed alieno imperio et ali-
teri voluntati, videlicet superioris, subditq̄ existat.

In formula professionis quid Religiosus
explicitē promittat?

Monachy Ordinis nr̄i in formula professionis sua

79
explicitè promittit Stabilitatē, Conuersionem 46
morū et Obediantiam: In his enim tribz Substantia
professionis cōsistit monastica.

At quid obligatur Monachus per Stabilitatē!

Monachus per stabilit. adstringitur, ut in fine vite vsq;
in Religione perseueret, nec vilo modo monacha-
tū deserat, nec sine necessitate et superioris aucto-
ritate monium exeat. Stabilitas enim sta-
tū cō permanētia seu perseuerantia significat: Et
stabilitas secundū Regulam approbata, idē est ac Sta-
tū Religiosus.

Quot ex quae Stabilitant Nouitium in Religie?

Octo sunt quae Valent multū ad Stabiliendū Nouitiū
in Religione.

Primum est, Timor cōfusionis. Raro enim Ereditq;
ad seculū sine cōfessione: Vix nāq; est, quin rediens in-
currat notam leuitatis, vel verecundiae, timiditatis, vel
alicuius iniquitatis, leuitati ascribitur, quod incepit
facere, et non potuerit cōsummare. Ideo qui Religione
intra, debet exprolo huius, lauare per singular noctes
lectū suū, ut in eo cū deo quiescere possit, et sic stabilis
permanebit.

2^{um}. Timor periculi. Mundus laqueorū et periculorū
plenus est, succensur et enim igne infernali, igne selt ira,
cupiditatis et luxurie. Unde Bern. filius perditionis ee

Deniq; maxime ad stabilitate valet gratia; unde,
Sap. 6. legitur de spru, quod sit stabilis. Et Hebr. vii.
Optimū est gratia stabilire cor; Sicut terra, si hu-
mor defuerit, in puluere redigitur, et à vento dis-
pergitur; sic, si gratia spru s. defuerit, Nouitq; ad
modū pulueris fit instabilis. Ideo frequēter ex de-
uotē debet invocare Sprm s. ut confirmet in eo, qd
operatq; est.

Per Conuersionē morū ad qd Monachj obligetur!

Per Conuersionē morū Monachj obligat se, ut non
seculariter uiuat, sed mores suos secundū Regu-
lam dirigat. Non enim sufficit Monacho locū
mutasse, eorē notabilem habitum assumpsisse, deser-
re tonsurā altam, coronā latā, nisi haec monachū cō-
uersiōnē mitetur. Umbra enim sunt ista, nō veritas;
Corporis cōuersio, si sola fuerit, erit nulla: For-
mā Conuersionis siquidem est ista, nō
Veritas, vacuā virtute gerens speciem pietatis.
Ingrediēti Monachū, necesse est, ut veraciter mu-
tetur in virū alterum; ut possit dicere cū Apō.
Galat. 2. Vius ego, iā nō ego, uiuit autē in me Chrg.

Quid requiratur ad perfectā Couers?

Ad perfectā morū Conuersionē requiritur, ut fiat
Conuersio interij, et exteri. Interij, ut fiat in
omni affectu cordis; Unde Bern. Attende solerter

na est Religio. Vide cap. 6. et 42. Reg. 46
Quantū ad sensū prohibitionē, et motū corporis,
moderatione, ut in incessu, statu, et ceteris motibꝫ
corporis nihil fiat, quod dumquā offendat affectū
sed ipsius doceat sanctitatem. Inspice 9. 10. 11.
Humilitatis gradus Regula.

Quantū ad Consuetudinē verō, ut Consuetudo ma-
ta cōuertatur in bonā, ut vitia et peccata ampu-
tos, virtutes inferat. Unde Bern. de Reuicito loquē
ad Fratres de mōte dei ait; Ad exuendam fide serui-
tutis necessitate, et carnis sue dominantem consue-
tudinē, se accingat, necessitate sibi faciens cōtra neces-
sitate, et consuetudinē cōtra consuetudinē, et affectū
sibi formans contra affectū, donec pleniꝫ maratur ac-
cipere delectationē cōtra delectationē, ut delectatibꝫ
seculi et carnis, sām cōsiliū Apti, saltē delectet
eū tantūm casere, quantum eum delectabat pri-
mō eas habere, et tantūm delectet eū de mēbris cor-
poris sui seruire iustitię, in sanctificationē, quā
delectabat eū priꝫ seruire immunditię et iniqui-
tati, ad iniquitatem. Et Dñs ad Moysen: Solue
Calcemata de pedibꝫ tuis, locꝫ enim in quo stas,
terra sancta est. Calcemata de pedibꝫ solumtur,
Cū Religiosi a vita moribꝫq; seculariter viuētū
se oīo separat, et spiritualium virorū moribꝫ se cō-
format. Nā sicut Religiosi a secularibꝫ separantur
loco, sic separati ab eis esse debent nō solū habitu, sed

Rom. 6.

Eccl. 8.

moribz maximè et cōuersatione.

Vnde proueniat quod quidam in Mo-
nasterio Conuersionem morum nō assequatur.

Primo quandoq; hoc accidit propter longā et inueteratā
cōsuetudine vite secularis, quæ quasi in uiam versa est.
Cōsuetudo enim est quasi altera natura.

2.º accidit hoc quandoq; propter lassitudinē et dissolu-
tionē Monij in quod quis ingreditur. Sicut enim Ser-
pens nō in foramine lato, sed acuto ueterē pellem de-
ponit; sic in Monio illo mores secularer nō depo-
nuntur, in quo Monachi sine freno disciplinæ uiuunt,
et secūdu voluntates suas uiuere permittuntur.

3.º Aliquando accidit hoc propter defectū doctrine.
Lex enim Dñi immaculata, conuertent aīas. psalm. 118.

4.º Aliquando propter defectū boni exempli. Non n-
sufficit ad cōuersionem morū doctrina, si desit exem-
plaris forma. Vnde S. P. N. nādat Abbati, ut fac-
tis suis diuina præcepta demōstret, et oīa q̄ docuerit
discipulis suis esse cōtraria, in suis factis indicet nō
aīensa.

5.º Hoc nōnūquā fit propter cōmixtionē seculari-
um. Vnde psalm. Commixti sunt inter gentes, et
didicerunt opera eorum. Nil enim tam nocū,
ut peruersa societas.

6.º Nonnuquā accidit hoc propter defectū bonæ vo-

cap. 2.
Reg.

psalm. 108.

luntatis. Unde Bern. Quicūq; bonā voluntatem
habet, secū habet quicquid ad bene viuendū ei
opus est.

Utrum Professi Ordinis nr̄i teneantur ser-
uare Paupertatis et Castitatis vota
cū in professionis nr̄ae formula explicite
non cōprehendantur.

Omnes professi Ordinis nr̄i duo illa Paupertatis
et Castitatis vota, licet in formula profesio-
nis explicite cōprehensa non sint, eque ac
Obediētiā seruare tenentur; quia eorū forma
ac professio implicite Paupertatem et Castita-
tem in voto Obediētiæ et Conuersionis mori
secundū Regulā cōprehendit. Eo ipso enim, quod q̄s
assumit habitū monachalem, et obediētiā cum
mori cōuersione promittit, Castitatē seruare et
renunciare proprijs intelligitur, cū ista sint de sub-
stantia monastica vita, ut extra de statu Mon.
in Cap. Cum ad Monnrium.

Deinde, prout S. Thom. ostendit 2. 2. q. 186. a. 5.
Abstractio eorū, per quos homo verē impeditur, ne tota-
liter in Dei seruitium feratur, essentialis est illi statui
qui cōsistit in traditione hominis et mancipatione
illius ad seruitium Dei. Constat autē quod verū mū-
danarum possessio et cupido valde distrahant et auellāt
à Christi sequela, ut videre licet in adolescente illo, q̄ Mat. 19.

audito Chri dñi verbo vende quae habes, et se-
 quere me, tristis discessit; Constat etia, quod car-
 nales affectus ex effectus vehementer perfectioni obstant.
 Unde D. Petrus; Obsecro vos tanquam aduersas et peregrinos,
 abstinere à carnalibus desideriis, quae militat aduersus animam.
 Proinde constabit votum Castitatis et Paupertatis substantia-
 litatis praerequiri ad statum Religionis, atq; id eo ne-
 cessario seruari debere, ut potè implicite nuncupatu
 Deo.

r. r. q. 186.
 a. 3. 4. 5.

Item, licet de substantia et essentia Monastica pro-
 fessionis sit promissio Paupertatis, Castitatis et
 obedientiae in religione approbata; pro ut D. Thom.
 et Theologi constituunt; non tamè promissio expli-
 cita et formalis, sed sufficit virtualis et tacita,
 qualis est promissio et votum statum monastici, seu reli-
 giosae vitae. Cum enim idem sit Religiosa vita pro-
 mittere, atq; tria illa praedicta vota nuncupare,
 idem etia erit profiteri statum secundum regulam ap-
 probatam, atq; profiteri illa tria vota. Unde in
 Decretalibus tit. 31. de Regul. c. Ex parte tua. pro-
 cipitur, quod elapso probationis anno, profiteatur No-
 uitijs Regulam secundum formam Ordinis.

Quare tria vota sunt necessaria in Religione!
 Quia sine illis ad perfectam Charitatem non peruenitur.
 vel: Quia sine illis Religio non consistit, sicut domus
 sine fundamento, et sicut homo sine anima. Sunt
 enim haec tria Paupertatis, Castitatis, et Obedientiae vota

de

de essentia et substantia Religionis, quibz vel quoru al-
tero sublato, tota Religio rueret edificium, et
defineret, sicut homo sine anima desinit esse homo:
nec sufficit seruari haec sine voto, quia si non constituitur
statum, qui significat rem immobilem lex per-
petuam.

Unde liquet tria vota esse de essentia Religis?

Primo patet; Quia Religio est statz hominū tenden-
tium ad perfectionē, quae principaliter consistit in
coniunctione cū Deo sine ipsorū ultimo; quae quē
coniunctio fit per charitatem iuxta illud Joan. i.
c. 4. Deo charitas est, et qui manet in charitate
in Deo manet &c. Haec tria vota autē maxi-
mē iuuat ad charitatē habendā: Nam de Pau-
peritate constat ex illo Mat. 19. Si vis perfectus
esse, uade vende oīa quae habes, et da pauperibz, et
habebis thesaurū in caelo. De Castitate dicitur,
Mat. 19. Sunt Eunuchi, qui seipros castrauerūt pp
Regnū caelorū. Postea subiungit ad eā, ueluti ad-
hortans, et inuitans: Cui potest capere capiat. De
obedientia patet Mat. 16. Si quis uult uenire post
me, abneget semetipsum: tollat crucem suā, et sequatur
me. Quae abnegatio maximē fit per Obedientiā, dū
iudicium, et uoluntatem nostrā in oībz Superiori
subijcimus, per quā propria mactatur, et sacrificatur
uoluntas.

quid sit
Religio.

2^o. Status Religionis considerari potest 3^{ter}. Uno modo, ut est quoddam holocaustum, quia homo totaliter se dedicat Deo. Et sic homo per obedientiam offert Deo animam cum suis potentijs, ut memoria, intellectu et voluntate; per Castitatem offert Corpus, et per paupertatem bona externa.

Alio modo Status Relig. consideratur, ut est quadam disciplina et exercitium tendens ad perfectionem. Et hoc modo considerat, tria vota ut essentialia etiam requiruntur; Nam ut homo exerceat se ad perfectionem, debet exuere affectum et sollicitudinem rerum terrenarum, quod fit Paupertate voluntaria. Debet abstinere à voluptatibus carnis, quod fit cultu Castitatis. Denique debet dungi tanquam discipulus, ne proprio iudicio ad affectum fallatur, quod fit per Obediam.

3^o. modo considerari potest ut est remotio impedimentorum talis perfectionis. Si hoc modo consideretur, eadem exiguntur; Nam tria sunt, perfectionem Charitatis impediencia; Rerum terrenarum immoderata cupiditas, Mollis sensuum libido, et nimis propria Voluntatis affectus; iuxta illud i. Joan. 2. Omne quod in mundo est, vel est concupiscentia carnis, vel concup. ocul. et Supb. vitæ. Quæ mala ut obstruantur, hæc tria vota requiruntur, Castitatis quæ, ut obstruatur concupiscentia carnis; Paupertatis, ut concupiscentia oculorum; Et Obediam, ut obstruatur Supbia vitæ.

Utrum perfectio consistat in præcep-
tis an in Consilijs? 51

Perfectio hominis per se essentialiter consistit in præceptis diuinis, secundario autem et accidentaliter, et quasi instrumentaliter in diuinis Consilijs, quæ ad Charitatem ordinantur; sed diuersimodè; Nam præcepta ordinantur ad remouendum ea quæ sunt Charitati contraria, cum quibus scilicet Charitas esse non potest; Consilia autem ordinantur ad remouendum imperimeta actus Charitatis, quæ tamen cum Charitate non pugnant, sicut est matrimonium, et familia. D. Thom. 2. 2. q. 184. a. 3.

An Religiosi sint in statu perfectionis?

Sunt vel mixte; quia ad statum perfectum requiritur quedam vitæ conditio firma, et immobilis ad ea, quæ sunt perfectionis; Religiosi autem voto perpetuo adstricti, diuina mandata obseruanda curant, et paupertate, castitate, et obedientia perpetua profitentur, in quibus essentialiter perfectio religiosæ vitæ consistit. Sunt ergo in statu perfectionis.

An Religiosus teneatur ad vitæ perfectiorem tendere?

Religiosus maxime ut professus est, non tenetur esse perfectus, sed animum tendens ad perfectionem habere.

tenetur. Quia Status Religiosus non est Status perfectionis acquirenda. Ut enim qui scholam frequenter non proficitur se sciens, sed proficitur se tendere ad scientiam acquirendam: ita qui Status Religionis assumit, non proficitur se esse perfectum, sed proficitur ad hoc tendere et operam dare, ut perfectionem habeat et acquirat: ideoque sua professione non transgreditur, si non sit perfectus, sed solum si contemnat ad perfectionem tendere.

Nec etiam Religiosus ex vi professionis sua tenetur actu tendere ad perfectionem sub precepto, alioquin quando desinit actu tendere committendo aliquod peccatum, peccaret mortaliter, et sic Religio esset ei laqueus: Sed tenetur habere tantum intentionem saltem virtutalem proficiendi per illa, quae sunt in sua Regula praescripta.

An Religiosus teneatur in vitae perfectione proficere?

R. Affirmative. Quia Religiosus praeter divinae legis praecepta, tenetur quicquid vouit implere, et Regula praecipit obire. Unde D. Aug. Semper, inquit, tibi displiceat quod es, si vis venire ad id, quod non es; nam ubi tibi placuisti, ibi remanisti; si autem discessisti, sufficit, peristi. Idem: Semper adde, semper ambula, semper profice, noli in via deficere, noli retroire, noli

52

deiciare, remanet enim qui nō proficit. Et Bern.
 Vera virtus finē nō habet tempore nō et auditur, nūquā
 iustis arbitratur se cōprehēdise, nūquā dicit satis est.
 Item. Minimē profectō est bonis, qui melior esse nō
 curat; et ubi incipit nolle esse melior, ibi et iā desinit
 esse bonis. Hinc planē colligitur, quia nolle proficere,
 nō nisi deficere est; inter profectū enim et defectū
 in hoc statu mortalitatis vite, nihil mediū inuenitur.

Necesse est enim spm̄ aut proficere semper, aut de-
 ficere. Unde S. Bern. In via Dei nō proficere,
 deficere est; Vel; In via Dei nō progredi, regredi
 est.

Quid sit Regula

Regula, secundū Aristem i. l. de aīa, Est, qua rectū
 et obliquū cognoscim, verū et falsum, bonū et ma-
 lū discernim. Vtpotē directiuā rei, siue q̄artis, siue
 hīc autem in qua mētis, morū, et honestatis sunt.
 nro sensu sumi.

tur tantū moraliter, ut præceptiua et directiua
 disciplina, morū et honestatis, quatenus vult mori-
 bus leges præseribit, normāq; humanis actibus tribuit.

Regula unde dicta

Regula dicta est ab eo, quod recte ducat, neq; aliqd
 aliter sum trahat. Vel; Quod regat, et viuendi
 normā præbeat, et quod distortū prauūq; corrigat.